

ejam ad rixas tendere. Sp. Hoc crebro fit a-
pud nos : quid tum faciendum ? Ap. Accipe
rem mihi multo usu compertam. Sp. Exspe-
cto. Ap. Inducito duos mimos , sive * γέλω-
θησις , qui sine voce ridiculum aliquod ar-
gumentum gesticulatione repräsentent. Sp.
Cur sine voce ? Ap. Ut par sit omnium volu-
ptas, aut nihil loquantur, aut lingua loquan-
tur omnibus æq; ignota ; gestibus loquentes,
omnes pariter intelligent. Sp. Quod argu-
mentum mihi narras, non satis intelligo. Ap.
Sunt innumera, puta uxorem decertantē cum
marito de principatu, aut simile quippiam ē
media vita. Quo magis erit ridicula salta-
tio, hoc plus erit omnibus voluptatis. Hos o-
portet esse semifatuos ; alioqui qui plane fa-
tui sunt, quædam interdum effuriunt impru-
dentes, quæ lædunt. Sp. Ita tibi precor semper
propitium Comuta, ut mihi dedisti fidele
consilium. Ap. Addam coronidem, quin po-
tiū repetari, quod initio dixeram ; Ne ni-
mium sis anxius, ut placeas omnibus, non
hic tantum, sed in omni vita; atque ita fiet, ut
citius placeas in omnibus : optimum enim in
vita, Ne quid nimis.

[Γέλωθησις] Id est, risus excitatores, filios
mortales.

Derebus ac Vocabulis.

BEATUS, BONIFACIUS.

Be. **S**alvus sit Bonifacius. Bo. Etiam atque
Setiam salvus sit Beatus. Sed utinā essemus
ut terque quod dicimur, tu dives, ego formo-
sus. Be. Itanc parum tibi videtur, habere
nomen